

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 446

**Auteur(s) :** Rotrou III, Perche (comte)

**Bénéficiaire(s) :** Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1182

**Lieu d'émission :** Bellême

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Charte de Rotrou, comte du Perche, portant ratification de l'accord intervenu entre Robert, abbé de Jumièges, et Giroie Le Bâtard au sujet de la régie des biens que l'abbaye possédait à Dame-Marie. Giroie Le Bâtard, administrateur de ces biens, abandonne ses droits et renonce même à tout ce qu'il pouvait avoir à Dame-Marie, moyennant une somme de 220 livres, monnaie d'Angers, pour lui, une somme de 40 sous pour sa femme, et une autre somme de 50 sous pour ses sœurs et neveux. Pour prix de son consentement et de sa ratification, le comte Rotrou reçoit des religieux une somme de 40 livres.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° CXXXII, t. 2, p. 63-66.

## Dissertation critique

du 28 mars [1182] au 16 avril 1183 d'après J.-J. Vernier.

Texte établi d'après a

Ego Rotrodes, comes Perticensis, presentibus et futuris notum esse volo quod abbas et monachi Gemmetenses ab antiquo habent in elemosina de antecessoribus meis et de me quandam villam in pago Belismensi quam vocant Donnam Mariam ; et quia, tempore meo, super quibusdam rebus que ad villicationem ejusdem ville pertinere videbantur, inter Robertum tunc abbatem seu monachos et Geroium Bastardum, ad quem eadem villicatio pertinebat, contentio exorta est, et propter exortam contentionem duellum in curia mea guagiatum. Quomodo eadem contentio coram me per finem duelli terminata sit, presentis scripti tenore omnium noticie tradi mandavi. Cum jam sepius in presentia mea abbas et monachi adversus Geroium convenienter, tandem, consilio meo et assensu et voluntate utriusque partis, in hoc ventum est quod ipsi emerunt ab eodem Geroio prefatam villicationem et quicquid in villa Donne Marie habebat et se habere contendebat ducentis et .XXti. libris Andegavensem ; uxori vero illius, ut hoc concederet, .XLa. solidos dederunt, et .IIIOr. sororibus ejus et duobus nepotibus .La. Sed et ego accepi ab abbatе et monachis .XLa. libras ut concederem et Geroio vendere et monachis emere, et eandem emptionem carta mea sigilli mei impressione roborata eidem abbatи et monachis in perpetuum confirmarem ; et comitissa, uxor mea, habuit .C. solidos, et Gaufridus, heres meus, ut hoc concederet et ratum esse faceret, .XXti. Sicque reddidit Geroius in manu mea et in manu abbatis eandem villicationem et totum jus in prefata villa habebat et quod

habere contendebat, et ego totum abbati et monachis quiete et libere in perpetuum nomine elemosine possidendum tradidi. Geroius autem fidei sue interpositione firmavit et postea super sacrosancta evangelia et plurimas sanctorum reliquias juravit quod neque ipse neque alias per ipsum deinceps in eadem villicatione vel in omnibus que ad villam Donne Mariæ pertinent vel pertinere possunt aliquid reclamaret, aut aliquam vexationem monachis inferret, et, si aliquis exinde eis in posterum molestus esset, ipse eis pro posse suo auxiliaretur et rei gestæ veritatem coram omnibus hominibus protestaretur. Hoc ipsum fide firmaverunt et juraverunt Johannes Balduin et Guillelmus Fortin, cognati Geroii, et .III or. sorores ejus et duo nepotes. Uxor illius et Robertus, Matheus et Hugo clericus, fratres uxoris, ejusdem fide propria firmaverunt et quod eandem venditionem ratam haberent et neque ipsi neque alias per consilium aut voluntatem eorum aliquam molestiam exinde monachis inferrent. Actum publice apud Belesmiam, anno incarnati Verbi .Mº. Cº. LXXXº. IIº., regnibus Philippo Francorum et Henrico Anglorum regibus, tempore Roberti abbatis Gemmeticensis. Testibus Guarino de Lonreio, senescallo ; Guillelmo, filio ejus ; Gervasio de Lonreio ; Guillelmo, senescallo, et Roberto, preposito Mauritaniae ; Garino Chevrol ; Tebaldo Lovel ; Gaufredo de Nocei ; Gaufredo Malcion ; Hugone, filio ejus ; Rolando, priore Belismensi ; Alexandro, Richardo de Mara, Rogero Mansel, Fulcheranno, Hugone de Manerio, Guillelmo de Clif, camerario, monachis ; Luca de Croismara ; Nicholao de Scranville ; Ernuiso de Londa ; Ricardo de Caigneio ; Heleboldo, Roberto Ferrant, fratre ejus ; Radulfo de Mautevilla ; Rogero Fillol ; Matheo Marescallo ; Alexandro de Maisnil ; Gaufredo de Mortuomari ; Johanne Aurifabro ; Roberto Clarel ; Guillelmo de Burgo Achart, et pluribus aliis.